Jahres-Bericht

der


Realschule zu Graudenz

für das Jahr 1859,

erstattet

von

G. B. Jacobi,
Director der Realschule.



Voran: „Schedae Herodianeae," vom Oberlehrer Dr. Lentz.

Graudenz, 1859.
Druck von Gustav Röthe.

Jahres-Bericht

der


Realschule zu Graudenz


für das Jahr 1859,

erstattet

von

G. B. Jacobi,
Director der Realschule.





Voran: „Schedae Herodianeae," vom Oberlehrer Dr. Lentz.

Graudenz, 1859.
Druck von Gustav Röthe.

SCHEDAE HERODIANEAE.

Scribendi occasione praeter opinionem oblata, quum nunc ipsum operam dem Herodiani fragmentis colligendis et examinandis, liceat mihi pauca quaedam de iis, quae Cramerus in Anecdotis Oxoniensibus tom. III hujus summi grammatici nomine inscripta edidit, adnotare adjectis nonnullis locorum Herodianeorum emendationibus et commentatiuncula, quae Herodiani de scriptura *ὑφ' ἕν* doctrinam illustrat.

I.

Lehrsius ad Herodian. p. 422, ea, quae ibi p. 228—236 sub titulo *Ἡρωδιανοῦ περὶ παραγώγων* (pro quo probabiliter *παραλόγων* scribi vult) *γενικῶν ἀπὸ διαλέκτων* exhibita sunt, ex Choerobosci ad Theodosium adnotamentis, ad quae jam Cramerus lectores miserat, petita esse jure contendit, et technicus, cujus mentio fit, nemo est alius nisi Theodosius: p. 228, 29 *διὰ τί εἶπεν ὁ τεχνικὸς πᾶσα γενικὴ εἰς ος λήγουσα τροπῇ τοῦ ος εἰς ι τὴν δοτικὴν ποιεῖ* respicitur ad canonem Theodosii p. 975, 4 in Bekk. Anecd. et p. 235, 24 *ποῖά εἰσιν, ἃ λέγει ὁ τεχνικὸς ἐν τῷ ἑβδόμῳ κανόνι* etc. ad Theod. p. 980. Immixta sunt quaedam, quae ad rem, de qua agitur, nihil pertinent: p. 230, 4 *διατί μὴ προσγράφωμεν τὸ ι ἐν τῇ εὐθείᾳ τῶν δυϊκῶν* usque ad lin. 7 et ibid. lin. 8 usque ad lin. 12: *τί ἐστι συγκοπή; καὶ τί ἀποκοπή.* Quaedam perverse scripta sunt: p. 228, 22 sqq.: *τὸ μὲν προσηγορικὸν* [*εἰς ας* addendum est] *συστέλλει τὸ α. καὶ διὰ καθαροῦ τοῦ ος κλίνεται* [*λᾶας λᾶος* adde]. *τὸ δὲ κύριον* (pro *κυρίως*) *ἐκτεταμένον ἔχει τὸ α καὶ* (pro *ὡς* scr.) *ἰσοσυλλάβως κλίνεται* (pro *κλίνονται*) *κατ' ἀποβολὴν τοῦ σ· οἷον* [*Λάας* supplendum] *Λάα· οὕτως* (pro *ὡς*) *κλίνεται τὸ μέγας. τὸ μὲν κύριον* (pro —*ως*) *ἐκτεταμένον ἔχει τὸ α καὶ ἀποβολῇ τοῦ σ ποιεῖ τὴν γενικήν. οἷον ὁ Μέγας τοῦ Μέγα. τὸ δὲ ἐπίθετον συστέλλει τὸ α καὶ ὀφείλει διὰ καθαροῦ τοῦ ος κλιθῆναι, οἷον τοῦ μέγαος, ἀλλὰ γίνεται ἑτερόκλιτον καὶ κλίνεται τοῦ μεγάλου.* cf. Bekk. Anecd. 1182 et 83.

II.

Quae ibidem inde *a p. 237 usque ad p. 245* typis mandata sunt, Cramerus quidem ex Herodiano desumpta esse suspicatus est, sed Lehrsius ad Herod. p. 22, quamquam locum p. 240, 3—14 ita iis, quae ab Herodiano in Monad. p. 9 tradantur, convenire, ut si non ex illo ipso, tamen ex alio gemino Herodianeo loco esse appareat, jure affirmat, tamen reliqua ab Herodiano abhorrere recte judicat.

Cum iis, quae p. 237, 1—22 exstant, conferatur Choeroboscus ad Theod. fol. 119 Bekk. Anecd. 1340; etiam quae ibid. lin. 23—238, 3 sequuntur, Choerobosci potius sunt, quam Herodiani, cui assignat sine dubitatione Ahrens de dialecto Aeolica p. 163, qui locum corruptnm optime sanavit.

Cum p. 238, 7—10 compares Choeroboscum in Bekk. An. p. 1194, unde locum Ahrens de dialecto Boeotica p. 205 not. 6 correxit.

Quae tum leguntur, sic fere scribenda sunt:

Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι συναλείφουσιν οἱ Ἀττικοὶ τῶν εἰς ως γενικῶν πτώσεων τὸ εω εἰς ω οἷον Ἐρετριέως (pro *—ίεος*) *Ἐρετριῶς, Πειραιέως* (pro *—αίεος*) *Πειραιῶς. ὁμοίως καὶ ἁλιέως ἁλιῶς*, quae verba ex sequentibus lin. 11 huc trahenda sunt, *Δωριέως Δωριῶς*, quae supplenda esse exemplorum propositorum ratio docet, *καὶ τῶν αἰτιατικῶν τὸ εα εἰς α*, quae verba ut adjiciantur, sententia flagitat, *οἷον ἁλιέα ἁλιᾶ* (pro *ἁλιῆ*) *εὐκλεέα* (pro *εὐκλέα*) *εὐκλεᾶ* (pro *—κλεῆ*). Tum demum sequuntur: *καὶ τοῦτο ποιοῦσιν, ὁπόταν καθαριεύῃ· ὅταν δὲ μὴ καθαριεύῃ, τῷ ε παραλήγεται* [*οἷον βασιλέως βασιλέα*, quae perverso verborum ordine exciderunt] *καὶ ἔστιν ἡ μὲν εἰς τὸ η συναλοιφὴ Δωριέων, ἡ δὲ εἰς τὸ α Ἀττική* (quae verba quaestionem de accusativis, unde grammaticus orsus erat: *πόθεν τὸ Τυδῆ καὶ βασιλῆ παρ' Ὁμήρῳ* initio propositam et enunciato: *φάμεν ὅτι παρὰ Δωριεῦσιν ἔστιν ἡ κλίσις καὶ γοῦν ὑπάρχει βασιλέος βασιλεῖ βασιλέα αἰτιατικὴ καὶ κατὰ συναλοιφὴν βασιλῆ* solutam post largiorem explicationem aptissime concludentia huc ex posterioribus. lin. 17 referenda sunt). *τὸ δὲ δυϊκὸν εἰς τὴν οι* (pro *ει*) *δίφθογγον συναλείφουσιν* (sc. *οἱ Ἀττικοί*) *οἷον ἁλιέοιν ἁλιοῖν, πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ γενικῆς πληθυντικῶν* (sc. *συναλείφουσιν*) *οἷον* [*ἁλιέων ἁλιῶν* adde] *Δωριέων Δωριῶν* pro *Δωρικῶς*, ut jam Cramerus correxit. Haec licet Herodiani non sint, tamen ex fonte Herodianeo fluxisse veri non absimile est, nam in Pros. Il. 0,339 in accusativis *Μηκιστῆ* et *Τυδῆ* (Il. IV, 384) Doricam declinationem apocopae vocalis α praefert: *καὶ ἤτοι ἀπεκόπη ἡ Μηκιστῆα αἰτιατικὴ ἢ Δωρικῶς κέκλιται, ὅπερ μοι δοκεῖ ἄμεινον.*

P. 239, 17 sic fere scribendum existimo: *ἔνθεν ἄν τίς σοι προτείνῃ* (pro *προτείνειν*, aliter Cramerus: *ἔχοι ἔνθεν ἄν τις*) *οὐδέτερον παρεσχηματισμένον, τὴν κλίσιν τοῦ ἀρσενικοῦ ἐπιζήτησον· καὶ τοῦτο μάλιστα εὔχρηστον*

ἐπὶ τῶν ἀμφιβόλων· λέγει τίς σοι. κλῖνον τὸ πλεῖον· μὴ προπετῶς κλίνῃς· ἀλλ' ἐξέτασον ποῖον τὸ προκείμενον (pro παρακ—)· τὸ πλεῖος ἢ τὸ πλείων. δεῖ γὰρ πρῶτον τὸ ἀρσενικὸν κλιθῆναι (pro κλιθῇ) κᾆτα (pro καὶ) τὸ οὐδέτερον καὶ θηλυκόν· δῆλον ὅτι εἰ μὲν ἀπὸ τοῦ πλεῖος πλείου, καὶ πλεῖον [πλείου addidi]· εἰ δὲ ἀπὸ τοῦ πλείων πλείονος, καὶ τὸ πλεῖον τοῦ πλείονος ἔσται· οὕτως δεῖ (pro δή) ἐπὶ πάντων μεμνῆσθαι τῶν ἀμφιβόλων, πότερον (pro ἀμφοτέρων) πρὸς τὸ πλανητεύειν ῥέπουσιν (pro ἕτερον) ἢ πρὸς τὸ μὴ πλανηθῆναι· ὁμοίως καὶ ἐπὶ μετοχῶν τὰ οὐδέτερα τὴν τῶν ἀρσενικῶν κλίσιν δέχονται· τὸ μέντοι παν ἐπὶ μόνου τοῦ θεοῦ Πανὸς λέγεται καὶ κλίνεται, ἐπὶ δὲ τοῦ οὐδετέρου παντός· ἐπεὶ καὶ πᾶς παντός· ἔπειτα (pro ἐπεὶ) ἐάν σοι προτείνῃ τις τὸ πᾶς κλῖναι· πύθου εἰ μὲν τὸ κοινόν, εἰ δὲ [τὸ addidi] παρ' Αἰολεῦσιν; παντὸς [μὲν γὰρ τὸ κοινόν, πᾶδος δὲ παρ' Αἰολεῦσιν exciderunt]. οἱ γὰρ Αἰολεῖς λέγουσι πᾶς παῖς ὁ κοῦρος (pro χῶρος scr.).

P. 240, 3 initio lacuna sic fere explenda est: [οὐδὲν περισπώμενον εἰς δων λήγει· τὸ δὲ Ποσειδῶν ἔχει δ πρὸ τοῦ ω· τῶν μὲν εἰς ων περισπωμένων γίνεται διαίρεσις διὰ τὸ ο, τοῦ δὲ Ποσειδῶν οὐ διὰ τοῦ ο] ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ ε ἢ διὰ τοῦ α· οἷον Ποσειδέων καὶ Ποσειδάων· οὐκ ἄρα περισπᾶται: cf. Herod. περὶ μον. 10, 8—16. Tum exiderunt, quae breviter exposita habes ap. Herod. μον. p. 10, 5 et E. M. 684. 42, [Ea a nostro grammatico sic fere concepta fuisse opinor: τὰ εἰς ων περισπώμενα κλίνεται διὰ τοῦ ωντος, τὸ δὲ Ποσειδῶν διὰ τοῦ ωνος, οὐκ ἄρα περισπᾶται. Tum omissa sunt haec fere: [τὰ εἰς ων περισπώμενα οὐ παραλήγειται φύσει μακρᾷ (Herod. 9, 25 E. M. 684, 49) οἷον Κτησιφῶν Δεξιφῶν· τὸ δὲ Ποσειδῶν φύσει μακρᾷ παραλήγεται, ὥστε οὐ περισπώμενον], deinde ex Herod. 10, 18 supplenda: [οὐδὲν περισπώμενον ἀποκόπτεται κατὰ γενικὴν πτῶσιν, τὸ δὲ Ποσειδῶν ἐξεκόπη παρ' Ἀριστίᾳ Ποσειδῶ]. Πάλιν τῶν εἰς ων περισπωμένων ὁμόχρονος (ᾗ delendum ut ex insequenti ἡ ortum suppleto ἐστίν) ἡ κλητικὴ τῇ εὐθείᾳ· ὁ Ξενοφῶν ὦ Ξενοφῶν ὁ Κτησιφῶν ὦ Κτησιφῶν· τοῦ Ποσειδάονος δὲ οὐχ ἡ αὐτὴ ἡ κλητική, ὁ Ποσειδῶν γὰρ καὶ ὦ Πόσειδον διὰ τοῦ ο μικροῦ, ὥστε οὐ περισπώμενον. Tum pro ἓξ τρόπους ἑπτὰ scribendum et ἀπὸ διαρέσεως ex sexto in secundum locum transponendum; tum lin. 15 pro εἰ μὴ περισπώμενον οὐκ ἔστι, δηλοπότι ὀξύτονον corrigendum est εἰ δή. In iis, quae sequuntur, canones ab ipso grammatico ita perversi et confusi sunt, ut rem, quam demonstrandam sibi sumpsit, prorsus obscuraverit. Canonem, quem Herod. περὶ μον. p. 9, 2 sic concepit: οὐδὲν εἰς δων λῆγον ὀξυνόμενον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς φυλάττει τὸ ω κατὰ τὴν γενικὴν χωρὶς εἰ μὴ παραλήγοιτο τῷ υ ὡς τὸ Καλυδών Ἀμυδών· τὰ δὲ ἄλλα τρέπει τὸ ω εἰς ο, sic noster grammaticus immutavit: καὶ γὰρ εἰς δων πολλὰ ὀξύτονα Καλυδών Μυρμιδών· τὰ δὲ εἰς δων λήγοντα ὀξύτονα διὰ τοῦ ο κλίνεται, in quibus jam vocis Καλυδών Καλυδῶνος cum Μυρμιδών Μυρμιδόνος comparatio prodit confusionem. Quod tum additur εἰ δέ τι καὶ [διὰ addendum] τοῦ ω, τοῦτο παρωνυμεῖ (pro ὁμωνυμεῖ scribendum), hic canon

non ad vocabula in δων tantum pertinet, sed ad omnia in ων exeuntia: Theogn. Cram. II 29, 22 τὰ εἰς ων παρώνυμα μὴ κοινωνοῦντα θηλυκῷ γένει κατὰ τὴν φωνὴν διὰ τοῦ ω κλίνεται· οἷον Φίλωνος Ἀγάθωνος Μελίτωνος Νίκωνος. Exempla proposita, quae ad priorem canonis partem ex sequentibus apparet pertinere, corrupta et fortasse pro Πολυμειδὼν Πολυμειδῶνος Μυρμιδὼν Μυρμιδόνος et pro Ὀδὼν Ὀδῶνος Ἀπιδὼν Ἀπιδόνος ponenda sunt. Εἴπερ οὖν, pergit grammaticus, ὀξύτονον τὸ Ποσειδών, ἔδει διὰ τοῦ ο κλίνεσθαι· οὐ κλίνεται δέ. οὐκ ἄρα ὀξύτονον· ἔφημεν δὲ ἐν τῷ κανόνι, ὅτι, εἰ δέ τι διὰ τοῦ ω, τοῦτο παρωνυμεῖ διὰ τοῦ Φείδων, Φείδωνος (pro Εἰδὼν Εἰδῶνος scr.) τοῦ ἐπὶ τοῦ ἥρωος καὶ Καλυδὼν Ἀμυδών, quae postrema exempla ab hoc canone abhorrent et cadunt sub Herodiani de vocabulis in υδων praeceptum. Praeteriens moneo in Epim. Cram. I p. 335 genitivum vocis Ποσειδῶν in ωνος explicari sic: ὡς παρώνυμον φυλάσσει τὸ ω ὡς Θέων καὶ Ἱέρων cf. Cram. IV p. 486. Τί οὖν ἔχομεν εἰπεῖν περὶ τοῦ Ποσειδῶνος; grammaticus noster subinde dicit, ἐπιδειχθήτω περισπώμενον καὶ δειχθήσεται τὰ ἐναντιούμενα· δεῖ οὖν ἡμᾶς γνῶναι πρῶτον τὴν ἐτυμολογίαν. Ἐτυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ δέω ἤτοι τὸ ἐπέχω τὸ δεσμέω (pro τὸ ἐπιδημάω scrib.) ἢ ἀπὸ τοῦ ἐνδέω. Πλάτων (Cratyl. 403, a) μὲν ὁ φιλόσοφος ἡγεῖται ἀπὸ δεσμεῖν (pro δεσμέω scr.) τοὺς πόδας (ἀπὸ delendum ut ex prioribus repetitum) τὴν θάλασσαν (pro τῆς θαλάσσης scr.) ἀφικόμενοι γὰρ ἐκεῖσε (pro ἐκεῖ) οὐκ ἔτι δυνάμεθα βαδίζειν. εἰσὶ δὲ οἱ [παράγουσι addendum est] παρὰ [τὸ τῇ πόσει ἐνδεῖν ἤτοι adjicienda] τὴν πόσιν μὴ διδόναι (pro διδοὺς scr.). ἵνα ἀπὸ τοῦ μὴ ποτίμου [ᾖ addas] ἡ ἐτυμολογία· εἰδῶμεν οὖν λοιπὸν τὸ τῆς φωνῆς· παρὰ τὸ δέω Ποσιδέης (cf. E. M. 684, 40 Epim. Cram. l. c.). τοῦτο δὲ ἔχει χρήσεις πολλὰς παρὰ τοῖς ποιηταῖς· ἐκ τοῦ αὐτοῦ Ποσειδέης Ποσειδέων καὶ Ποσειδέωνος· οὕτω [παροξυτόνως addidi] παρ' Ἴωσιν [λέγεται ὁ θεός supplenda sunt]. κατὰ [δὲ] συναλοιφὴν [γίνεται loco vocum Ποσειδιέων καὶ ex sequentibus repetitarum posui] ἐκ τοῦ Ποσειδέων μὲν Ποσειδῶν· ἐκ τοῦ Ποσειδέωνος δὲ Ποσειδῶνος. ἐκ ταύτης τῆς συναλοιφῆς δείκνυται περισπώμενον. P. 241, 6 Καὶ εἰ ἄρα ἐπὶ τῶν εἰς ων βαρυτόνων μόνων ἡ παραλήγουσα τῆς γενικῆς λήγουσα γίνεται τῆς κλητικῆς etc. pro σων βαρυτόνων ων βαρυτόνων addito μόνων scribendum est. Ibid. lin. 15 post οὐδὲν εἰς θρῶν, ut Lehrsius emendat pro θῶν, πλὴν τοῦ Δεξιθρῶν exciderunt: οὐδὲν εἰς δων πλὴν τοῦ Ποσειδῶν, ἀλλὰ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, quae tum excipiunt verba: καὶ γὰρ τὸ Ποσειδῶν ἀεὶ λέγει ὁ ποιητὴς Ποσειδάων; lin. 19 οὕτως ποιοῦνται τὴν τοῦ Ποσειδῶν παραλήγουσαν πόσαι διάλεκτοι; pro τὴν Ποσειδῶν τὴν λήγουσαν substituendum est.

Lin. 20 canon de vocabulis in ης spondiacis aut ab ipso grammatico aut a librario vitiatus est. Apud Theodos. p. 787, 8 Bekk. sic profertur: τὰ εἰς ης σπονδειακὰ βαρύτονα εἰς ου ἔχει τὴν γενικὴν Πέρσης Πέρσου, Τέννης, Τέννου. Excipiuntur μάσθλης Μόργης Μίλης, quibus

Choerobosc. p. 1189 addit *Ναίης, κούρης, ὅπλης, Πίγρης.* Noster grammaticus sic canonem constituit: *τὰ εἰς ης σπονδειακά, ἐν* [*δὲ* adjiciendum videtur „in his autem"] *θέσει μακρὰ μόνως* (pro *μὲν ὡς* scribendum opinor), *κύρια μονογενῆ ἀρσενικά* (*λέγω δέ· θέσει μακρὰ καὶ μὴ ἐν κοινῇ* pro *ἐνθέσει δὲ μακρὰ καὶ μὴ τῇ κοινῇ* scribenda et per parenthesin inserenda videntur eo intellectu, ut vocabula positione producta neque vero ea, quorum syllaba anceps pro longa usurpata sit, canoni subjecta esse dicantur; quod quum statueret grammaticus, cogitasse videtur de vocabulis ejusmodi, quale est *Πύδης*, de quo Choerob. in Bekk. An. 1416 praecipit: *Πύδης· ὅτε μὲν ἰαμβικόν ἐστίν, ἰσοσυλλάβως κλίνει, ὅτε δὲ σπονδειακόν ἐστίν, περιττοσυλλάβως αὐτὸ κλίνει Πυδητος*) *ἐπὶ γενικῆς εἰς ου* [*περατοῦνται* vel simile quid excidit] *Φάλκης Φάλκου* (Il. 13, 791 pro *Φαλήκης* scr.) *Λύξης*, ut jam Cram. pro *Λΰξης* correxit, *Ξέρξης. Κίζης. Κέρβης.* Pro *Παύδης*, quod tum sequitur, nomen quod substituam non habeo, nisi forte *Πέρσης*, quod in Theognosti canone pro exemplo est, scriptum fuit. Tum vocabula *e* canone exempta proferuntur: *ὅπλης, Πίγρης, Ναίης* (pro *νάης* scr.), *Μένδης Πάρνης Μόργης, μάσθλης.* — Lin. 30 pro *ἐργοσίνης ἐργατίνης* scrib.

P. 242, 8 pro *εἶπεν οὖν τὸ αὐγή, τηλαυγής· πῶς· οὐκ ἐς* *** scribe: *εἴπερ οὖν παρὰ τὸ αὐγή τηλαυγής, πῶς οὐκ ἔστι τηλαύγης, ου;* lin. 20 *ἃ* ante *βαρυνθέντα* inserendum et colon expungendum et lin. 21 pro *παντροποῦς* scribe *παντέρπους.* De rebus hoc loco tractatis cf. Herod. Pros. Il. *N*, 391 *Π* 768, *Π* 57 Arcad. 117. Cram. I, 158 Choerob. Bekk. 1244 Lehrs. quaest. ep. p. 152.

P. 243, 4—8 concinunt cum Herod. *περὶ μον.* 15, 6 Choerob. ad Theod. 1198; lin. 6 ante *μόνως θηλυκὰ* fortasse *πρόςκειται* excidit et lin. 7 pro *ὅτι καὶ χήν ἐστι θηλυκὸν* scrib. *ὅτι τὸ χήν ἐστι καὶ θηλυκόν.*

P. 243, 9—13 Lobeck. Parall. 99 et 100 tractavit et emendavit cf. E. M. 36, 55; ibid. lin. 14—20 Lob. Parall. p. 94 correxit.

Cum p. 244, 5 cf. Bekk. An. 1242. Initium sic scribendum judico: *Ἐνταῦθα ζητοῦμεν διατί τὰ εἰς ης εἰς ους ἔχοντα τὴν γενικὴν ὀνόματα ἔχουσι τὴν κλητικὴν εἰς ες οἷον Εὐρυσάκης Εὐρυσάκους ὦ Εὐρύσακες· πλὴν τῶν ἀπὸ τοῦ χεῖλος* (pro *πλὴν τοῦ τείχους*, quamquam enim etiam hoc nomen in compositione multifariam variatur cf. Lob. Parall. 245 seqq., Lehrs. quaest. ep. 149, tamen vocativus non aliter atque *Εὔτειχες* formari potest). *Λέγομεν, ὅτι οὐδέτερον εἰς ες* (cf. Bekk. An. 1246). *Ἡ δὲ εἰς η κλητικὴ οἷον Εὐρυσάκη Ἀττικῷ ἔθει ποιεῖται* (cf. Bekk. An. 1190) ut pro *οὐδέτερον εἰς ος λέγομεν ὅτι Ἀττικῷ ἔθει* substituendum arbitror. Reliqua literis et accentibus paucis exceptis sana sunt. De retractione accentus cf. praeterea E. M. 152, 55 seqq.

Locus, qui ibidem lin. 17 incipit, caeterum conferendus cum Choerobosc. in Bekk. An. 1243 sic fere scribi debet: *Ζητοῦμεν δὲ πῶς δεῖ*

ἀναγνῶναι Λείωδες (pro λειώδες) ἢ Λειῶδες· εἰ τὰ εἰς ης σύνθετα ἔχοντα κλητικὴν εἰς ες ἀναβιβάζει τὸν τόνον, ὀφείλει ἀναγινώσκεσθαι Λείωδες (pro λειῶδες), ἀλλὰ μὴ δῶμεν αὐτὸ σύνθετον, ἀλλὰ παράγωγον· σχηματίζουσι δὲ αὐτό τινες οὕτως· λεωάδης (pro λεγωάδης) λειώδης ἐν συναλοιφῇ, ὃ τοῖς λαοῖς ἀρέσκει· ἐὰν οὐ (pro οὖν) τοῦτο δῶμεν, μέλλομεν ζητεῖν καὶ πλέον (pro πλειᾶ). παρὰ τὸ λεῖον οὖν τὸ ἁπαλόν ὡς καὶ ὁ ποιητής ὧδέπη (Od. φ, 150) „πρὶν γὰρ κάμε χεῖρας ἀνέλκων Ἀτρίπτους ἁπαλάς" λεῖος (οὖν delendum) ὁ Λειώδης (pro λειώδης). Πόθεν οὖν αὐτὸ δῶμεν παράγεσθαι, ἀπὸ γενικῆς [ἑνικῆς addendum, non pro γενικῆς cum Cramero ponendum] ἢ ἀπὸ πληθυντικῆς; πότερον ὄνου (ut jam Cramerus pro οὖν ὦ correxit) ὀνώδης ἢ ὄνων ὀνώδης· ἔχομεν ἀποδεῖξαι, ὅτι ἀπὸ γενικῆς [ἑνικῆς addendum ut supra] (ἀλλ' οὐ περὶ τούτου τοῦ (pro οὖν) Λειώδης haec per parenthesin interposita sunt) ὕδατος ὑδατώδης. βοὸς βοώδης. τούτων αἱ κλητικαὶ (pro αἰτιατικαὶ) προπερισπῶνται· βοῶδες ὀνῶδες, τέτραπται δὲ [ἐκ τοῦ λεῖος supplenda sunt] Λειῶδες. ἀφορμὴν δὲ δέδωκεν ὅτι παρώνυμος ἡ ἔννοια παρὰ τῷ ποιητῇ. Significare vult grammaticus id inter Λειώδης et ὑδατώδης interesse, ut hoc derivatum ab ὕδωρ, illud vero ex λεῖος transformatum sit.

P. 245, 4 quae adnexa sunt, sic emendanda videntur: τὸ δὲ τῆς γενικῆς διατί Εὐρυσάκης Εὐρυσάκους; ὅτι τῶν εἰς ης παρὰ τὰ εἰς ος οὐδέτερα (pro τὰ εἰς ης etc.) εἰς ους ἡ γενική. ἔνθα δὲ οὐκ ἔστι τόνος, ἀλλὰ περιείληπται (colon expungendum est) καὶ ὀξύτονα καὶ βαρύτονα καὶ περισπώμενα. καθόλου γάρ ἐστι· κακοήθης κακοήθους· εὐτελὴς εὐτελοῦς. Διογένης Διογένους καὶ κατὰ τοῦτο (pro τὸ i. q. οὕτως) Εὐρυσάκης Εὐρυσάκους. Pro sequentibus verbis: τὸ μέντοι Εὐφράτου παραλογῆται καὶ τὸ Κλεάνθους si conferas Choerobosc. Bekk. An. 1189 aliquid hujusmodi exspectes: τὸ μέντοι Κλεοφόντου οὐ παρηλόγηται καίπερ παρὰ τὸ κλέος. — Τὰ γὰρ εἰς ης σύνθετα παρὰ τὰ εἰς ος (pro ας) οὐδέτερα, εἰ μὴ χαρακτὴρ κωλύῃ, περατοῦται (pro διὰ τὸ) ἐπὶ γενικῆς εἰς ους. εἴπομεν εἰ μὴ χαρακτὴρ κωλύῃ, διὰ τὸ Ἀμέλης Ἀμέλητος παρὰ Πλάτωνι καὶ τὸ ἀμένης, ὅ ἐστι κατὰ στέρησιν (sc. τοῦ μένος)· ὑπεσταλμένον δὲ ἕνεκα χαρακτῆρός ἐστι καὶ τὸ Ἁλιθέρσης (pro ὑπεσταλμένου δὲ χαρακτῆρός ἐστι τὸ Ἁλιθέρσης). σεσημειωμένον καὶ τὸ ἀγκυλοχείλης καὶ τὸ παρ' Ἀττικοῖς δωδεκέτης, ου, ὃ ὀφείλει εἶναι δωδεκετής, οῦς. οὐ γὰρ περὶ τόνου νῦν λόγος ἐστίν (pro δωδεκε . . . . . . ὀφείλει δωδεκέψ, in quo fortasse praeterea latet δρύπεψ δρυπέπης, quod si sic se haberet, tum postea δρυπέπαι scribendum foret, οὐ γὰρ περὶ τὸν νοῦν νῦν ἐστίν). Εἴρηται [οὖν ἀγκυλοχειλεῖς καὶ ἀγκυλοχεῖλαι sic fere lacuna explenda]. μεταποιοῦσι γὰρ τὰ εἰς ης καταλήγοντα [τὸ πληθυντικὸν addendum] εἰς αι (pro ες). πολλάκις γὰρ ἡ χρῆσις ἐπὶ κυρίων. σπανίως δὲ καὶ ἐπὶ προσηγορικῶν ὡς ἐπὶ τοῦ δωδεκέται (pro δωδεκαὶ) καὶ δρυπέται. Δίδυμος (pro δίδυμος, videtur enim grammaticus in fine praecepti, quod ex Didymo, fortasse ex hypomnematis in Iliadem transscripserat, nomen auctoris apposuisse) καὶ ἔτι (pro ἐπὶ) τοὺς [lacuna sic fere explenda videtur: σημειοῦντας παρ-

αιτητέον ὅτι] *οὐκ ἔστι παρὰ τὸ χεῖλος, ἀλλὰ παρὰ τὸ χηλή, ὥςπερ παρὰ τὸ κόμη ἀκερσοκόμης γίνεται* (pro *ὥςπερ τῷ κόμη ἀκηρεκόμης*), *οὕτως παρὰ τὸ χηλὴ ἀγκυλοχείλης* (pro *οὕτω χείλη ἀγκυλοχείλους*) quae explicatio reprehenditur in E. M. 11, 13 cf. Lob. Parall. p. 244. *Βοιω* — [*τικῶς γὰρ γίνεται* ad explendam lacunam adjeci] *τραπείσης τῆς ει διφθόγγου* i. e. diphthongo *ει* ex mutatione vocalis *η* orta, *ὡς* (pro *εἰς*) *τὸ τέθηκα τέθεικα* cf. E. M. 660, 52 Choerob. Cram. IV, 201, Ahrens de dial. Dor. p. 182. *Ζητοῦμεν δὲ* [*πῶς γίνεται* supplevi, Cramerus *πόθεν*] *ἡ κτεάτεσσιν δοτικὴ πληθυντική· λέγομεν ὅτι ἐστὶν εὐθεῖα τὸ* (pro *τε*) *κτέατον κτεάτου ὡς πρόβατον προ*[*βάτου πρόβασιν*] cf. E. M. 542, Lehrs ad Herod. p. 103.

Quum ex his, quae modo exposui, appareat, quot quamque foedis vitiis hoc fragmentum deformatum sit, spero veniam me nacturum esse, si hic illic paullo audacius egerim. Quam audaciam in grammaticorum fragmentis corrigendis condonandam esse opinor, quia quum fortuna diversis ex fontibus innotescere nobis quosdam grammaticorum locos voluerit, concessum nobis est perspicere, quantopere librariorum oscitantia textus, qui dicitur, depravatus sit. Compares, si libet, ut pro sexcentis unum locum commemorem, Herodiani adnotamentum ad Il. *K*, 134, quale traditum est in Cram. Anecd. II, 461 in „eclogis diversarum dictionum" cum Scholiis ad Il. l. c. neque dubito, quin, quam emendandi rationem in aliis scriptoribus temerariam jure existimes. eam in his reliquiis necessariam esse pronuncies. Id certe assecutus esse mihi videor, ut locus sine offensione legi possit, quo cum Lehrsio (praefat. ad Herod. p. VI) omni ope nitendum est in grammaticorum scriptis. — Caeterum clarum fit totum hoc fragmentum ab Herodiano non profectum esse, sed a grammatico Theodosii et Choerobosci vestigia premente. quamquam negari non debet quaedam Herodianea sive ex ipsius scriptis sive ex Choerobosco petita esse intermixta.

III.

Quae in Cram. Anecd. III, p. 246—255 sub titulo: *Ἡρωδιανοῦ περὶ ζητουμένων κατὰ πάσης κλίσεως ὀνόματος* et p. 256—262 *περὶ κλίσεως ῥημάτων τοῦ αὐτοῦ* et ab Hermanno de emendand. p. 302 sub titulo: *Αἰλίου Ἡρωδιανοῦ περὶ ἡμαρτημένων λέξεων* edita sunt, qui libellus in aliis MSS. teste Cramero *Ἡρωδιανοῦ τῶν ζητουμένων κατὰ κλίσιν παντὸς τοῦ λόγου μερῶν* inscribitur et in E. M., in quod praeterea fonte non addito observatio de genitivo *ἀνθέων* transiit. p. 794, 38 *ζητούμενα τῶν μερῶν τοῦ λόγου* dicitur, Lehrsius praeceptor meus in Analect. p. 422 neque verbis neque rebus Herodianea esse affirmat. Quod ita esse viro prae ceteris

grammaticorum, inprimis Herodiani peritissimo quamquam credimus, tamen non inutile judicamus rem accusatius exponere.

Ut vix credibile est Herodianum summum grammaticum epimerismos in usum ignorantium magistrorum et stultorum discipulorum edidisse, ita veri absimile est eum *ζητήματα* scripsisse, in quibus docetur dativum vocis *συγγενής* non *συγγενεῦσι*, sed *συγγενέσι*, femininum adjectivi *εὐγενής* non *εὐγενίς*, sed *εὐγενής*, genetivum non *γεφύρης*, sed *γεφύρας*, non *Ἑρμοῦς*, sed *Ἑρμοῦ*, non *ἠνέστην*, sed *ἀνέστην*, non *περιέσσευον*, sed *ἐπερίσσευον* pronunciandum esse. Alia sunt minus futilia, quaedam Herodiano non indigna, neque, ut Epimerismis multa Herodianea immixta sunt, ita in hoc opusculum quaedam ex Herodiano germano translata esse negem, quamquam de permultis demonstrari non potest. Ejusmodi sunt ap. Hermann. 303 No. V de genetivo *Λήδας Φιλομήλας*, VII de diversa vocabulorum in *οῦς* declinatione, XI de declinatione nominis *Ὑπερείδης* sive *Ὑπερίδης*, XV de dativis *χερσί* et *φθειρσίν*, XIX, XX de temenicis, de quibus cf. Lob. ad Phrynich. p. 367 seqq., XXIX de declinatione vocabuli *πῶϋ*, XLI de reduplicatione Attica, quae petita esse possunt ex libris *περὶ κλίσεως ὀνομάτων* et *περὶ ῥημάτων*. De dativo *δρομέσι* a Simonide usurpato (Cram. III, 254) cf. Cram. IV p. 337, quo loco alia quaedam exhibentur, quae ab Herodiano profecta esse aliunde scimus, nam de Aristarchea vocis *πτερύξ* tonosi Herodianum disseruisse ex Eustath. 230, 40 (cf. Lehrs Arist. p. 312) et ex compluribus locis *κάρη*, *δῶ*, *τρόφι*, *κρῖ*, *ἄλφι* per apocopen eum orta putasse nobis notum est. De accentu verbi *ἕψω* (Nr. XXXVII p. 313 ap. Hermann) cf. Arcad. p. 166, de verbis in *ζω* (XLIV p. 316) cf. *περὶ διχρόν.* 301, 6. Sed permulta praecepta ab Herodiani doctrina abhorrere ex comparatione cum germani Herodiani scriptis apparet. Quae ap. Cram. p. 255 de genetivis *πορνῶν* et *πόρνων* traduntur, non Herodiani esse jam Lehrsius l. c. adnotavit, Herodiani sententia servata est ap. Joh. Alex. p. 17, 30: *ἡ πρώτη τούτων θέσις ἐπὶ τῶν θηλυκῶν, διὸ καὶ ὡς μονογενὲς περιεσπάσθη.* — Quod p. 306 de *πτὼξ* docetur: *λέγομεν, ὅτι οὐκ ἔστιν οὐδὲ αὐτὸ μονοσύλλαβον, ἀλλὰ συνῄρηται ἀπὸ δισυλλάβου τοῦ πτόωξ, ὃ εἴρηται παρὰ τὸ πτοεῖσθαι*, ab Herodiano alienum est, qui si pro contracto habuisset, item atque *βῶξ* ex *βόαξ* et *Θρᾷξ* ex *Θρᾶιξ* ortum circumflectendum praescripsisset cf. Joh. Alex. 7, 16 Arcad. 125, 7 Herod. Prod. Il. I, 601. E. M. 218, 29. — p. 308 *πρόβασιν* vitiosum judicatur, sed Herodianus plurimis locis de metaplasmo dativi ipso *πρόβασιν* exemplo proposito agit Prosod. Il. X 28 *περὶ μον.* 31, 2 Arcad. 138, 5. p. 310 *πέρδιξ πέρδικος* inter vocabula, quorum *ι* correptum est, refertur, sed *περὶ διχρον.* 285, 10 ei productum *ι* tribuitur, quod poetae metri causa interdum corriperent. Quae ibidem de *ι* vocabulorum in *ις* exeuntium traduntur, non congruunt cum Herodianeis Dichr. 299, 13 seqq.:

p. 316 secunda imperativi persona ex tertia abjecta *τω* syllaba fingi dicitur, sed Herodianus in E. M. 477, 56 tradit: *τὰ τρίτα πρόςωπα τῶν παρατατικῶν δεύτερα γίνεται τῶν προςτακτικῶν οἷον νόει φίλει βόα.*

Ab eo, quod Theognost. Cram. II, 116: *εἰς ξη λήγοντα θηλυκὰ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, εἰ μὴ μόνον τὸ αὔξη καὶ αὐτὸ ἀμφίβολον περὶ τόνον· οἱ μὲν γὰρ βαρυτονοῦσιν, λέγοντες αὐτὸ ἀπὸ τοῦ αὔξησις ἀποκεκόφθαι. Ἡρωδιανὸς δὲ συνηγορεῖ τοῖς ὀξύνουσιν* de Herodiani vocis *αὐξή* tonosi diserte tradit, differunt, quae in fragm. ap. Herm. p. 304 scripta sunt, licet cum Lobeckio Rhemat. p. 257 seqq., qui accuratissime de hujus vocabuli accentu egit, locum immanem in modum corruptum judices. Nam Herodianum oxytonesin, quae hic reprobatur, amplexum esse non est cur Theognosto fidem derogemus, quamquam ex hujus verbis concludere possumus Herodianum pro sua consuetudine rem ita tractasse, ut barytoneseos causis explicatis suam de oxytonesi sententiam pronunciaret. Unde factum est, ut Arcadius p. 113, 1 brevitatis nimium studiosus omissa Herodiani doctrina accentus ab eo reprobrati tantum mentionem faceret.

Comparans locum Herm. p. 314 Nr. XXXVIII: *ἔτι ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες ηὐξάμην καὶ ηὐχόμην, λόγῳ τοιούτῳ· ὅσα ἀπὸ τῆς ευ διφθόγγου ἄρχεται ῥήματα, ταῦτα τηρεῖ τὴν ευ δίφθογγον καὶ ἐπὶ πάντων τῶν χρόνων. οὕτως ἐστὶ καὶ τὸ εὐχόμην φυλάξαν τὴν ευ δίφθογγον. τὰ δὲ ἀπὸ τῆς αυ ἀρχόμενα τρέπεται εἰς τὸ ηυ αὐλῶ ηὔλουν, αὐχῶ ηὔχουν· εὔχομαι δὲ εὐχόμην* — cum Cram. III fragmento, quod inscriptum est *ἐκ τῶν Ἡρωδιανοῦ* p. 264 fin. et 265 init.: *ἅ* (pro *τὰ*) *δὲ παρὰ ταῦτα μεταβάλλονται ἐν τοῖς κεχρονισμένοις ὡς τὸ ηὐχόμην καὶ ηὐλόγησεν, Ἀττικῶς μεταβάλλονται ἢ βαρβαρικῶς, καθὼς Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ βαρβαρισμοῦ διαλαμβάνει* — suspicioni a Lehrsio p. 421 de libro hoc nomine insignito injectae quin accedam non ambigo et locum Crameri aut ex ipso *περὶ ἡμαρτημένων λέξεων*, qui quodammodo de barbarismo agit, aut ex alio quopiam *περὶ βαρβαρισμοῦ* libro Herodiano falso assignato desumptum esse arbitror. Neque credam Herodianum similem librum ei, quem relictum habemus ap. Ammonium p. 178, in vulgus emisisse, sed si ejusmodi liber sub Herodiani nomine vere exstitit, eum a posterioris aevi grammatico adhibitis quibusdam, quae aliis Herodiani opusculis inserta sublegerat, consarcinatum esse. Nam nemo, qui Herodiani imaginem animo sibi informaverit, sibi imperare poterit, ut de accentuum, spirituum vitiis, quae ignorantiae Graeci sermonis originem debebant, imperitorum commodo ex professo scripsisse eum sumat.

Fragmentum ab Hermanno primo editum non Herodiani esse ex iis rebus, quas ab Herodiano germano aliter traditas esse demonstravi, apparet; huc accedit et totius sermonis conformatio, cui similitudo quaedam intercedit cum Epimerismis, et singulorum verborum usus.

Herodianus enim ipse brevi et concisa oratione utitur, Pseudoherodianus fusa et inani copia verborum gaudet. Vocabula et dictiones, quae Herodiani propria sunt, non occurrunt, alia, quae quamvis ab eo non aliena, tamen rara ei sunt, usque ad satietatem repetuntur e. g. nominativum semper fere *ὀνομαστικὴν* appellat, ut Lehrsius acutissimus harum rerum indagator adnotavit ad Herod. p. 409, semel etiam p. 309 *ὀρθήν*, consueto vero nomine „*εὐθεῖα*" utitur nunquam. Neque abest vocabulum inauditum *κατηχητικός*, cui Hermannus aliud non minus barbarum vocabulum *κατοχητικός* substituere voluit, pro quo mihi vox non bona quidem, sed quae testimonio non omnino destituta sit, se offert *κατασχετικός*, quam intellectu vocis *περιεκτικός* usurpatam esse sumendum foret.

IV.

Excerpta grammaticalia, quae Cram. III p. 263—278 e Cod. Barocc. sub titulo *ἐκ τῶν Ἡρωδιανοῦ* edidit, non Herodiani esse eo apparet, quod Herodianus saepe pro teste citatur p. 263 *λέγει ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ μονήρους λέξεως*, qui locus est p. 8, 9 cf. Lehrs. — lin. 20 seqq., ubi *εἰς τὸ Πηλείδη θέλ' οἱ τεχνικοὶ τιθέασι κορωνίδα, ἵνα ᾖ τρισύλλαβον* significatur Herod. Prosod. Il. *Α* 278 — lin. 24 Herodiani de forma *ἔμμορε* sententia profertur et reprobatur, in E. M. 335, 25 idem fere traditur auctoris nomine suppresso. — p. 265, 1 Herodiani liber *περὶ βαρβαρισμοῦ* citatur, cujus jam mentionem injeci; p. 267, 23 *λέγει ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ διχρόνων* p. 288, 25 cf. Lehrs; — ibid. lin. 32 — *καὶ λέγει ὁ τεχνικὸς Ἡρωδιανὸς* — refertur, quomodo Herodianus Doricam praepositionis *πρός* formam *ποτὶ* ortam putaverit. Idem sine auctoris nomine docetur in E. M. 685, 24 cf. Ahrens de dial. Dor. 358, qui locus petitus videtur ex libro *περὶ παθῶν*. Caeterum p. 268, 5: *λέγουσι δέ τινες ὅτι καὶ δὸς ἡμῖν ἐν χρήσει τὸ προσί, εἰ ἐγένετο μετὰ τὸν πλεονασμὸν τοῦ τ ἡ τροπὴ τοῦ σ εἰς ι* pro *καὶ δὸς* scribendum videtur *καὶ ἔδει* (sc. *εἶναι*). — P. 268, 20 seqq. exstat egregia illa *περὶ τῶν πέντε σεσημειωμένων ἀορίστων εἶπα ἤνεγκα ἔδωκα ἔθηκα ἧκα* expositio ex Apollonii et Herodiani Rhematicis, ut videtur, petita, quam jam antea Bekkerus ad Apoll. de synt. p. 405 ediderat adnotans eadem habere Choeroboscum in Theod. fol. 264 verbis mutatis. — P. 269, 22 *φησὶν ὁ τεχνικός, τὰ ἑνικὰ αὐτῶν οἷον ἔθην ἔδων ἧν οὐχ εὑρίσκονται ἐν χρήσει· τούτου χάριν τὰ πληθυντικὰ αὐτῶν εὑρισκόμενα ἐν χρήσει ἐναλλάσσονται κείμενα ὡς ἔτυχε* technicum esse Herodianum non negabis, si memineris in hoc fragmento neminem nisi Herodianum eo nomine insigniri cf. p. 263, 22; quin etiam suppresso et nomine proprio et assignato ei per excellentiam alius non intelligitur nisi Herodianus: p. 271, 5 *λέγει, ὅτι οὐκ εἰσὶ παρεσχηματισμένα ἀρσενικοῖς τὰ τοιαῦτα*

(sc. *χῆραι χηρῶν, κοῦραι κουρῶν*) *ἀλλὰ μᾶλλον πρωτοτύπως θηλυκά εἰσι* cf. Herod. ap. Joh. Alex. p. 17, 30. Caeterum illud de declinatione aoristorum fragmentum sumptum videtur ex libro *περὶ τῶν εἰς μι* pariter atque quod paullo post profertur lin. 26 de *ἐσσί*, quod Herodianus cum Tryphone et Apollonio sic ortum putavit: *ἐσσὶ: ἀπὸ τοῦ ἐσμὶ ἐς πλεονάζοντος τοῦ ι ἐσί καὶ ἐπεὶ τὰ εἰς ι λήγοντα φύσει μακρᾷ παραλήγεται, ἐσσί*, quod contra alii, inter quos Philoponus ab *εἰμὶ εἶς* et hyperthesi *τοῦ ι ἐσί* et diplasiasmo *ἐσσί* natum pronunciaverunt, cf. Choerobosc. Cram. IV, p. 349 seqq.

V.

Quae p. 279—281 a Cramero e Cod. Barocc. exhibita *τοῦ Ἡρωδιανοῦ περὶ τῶν ἐπιῤῥημάτων* inscripta sunt, ad verbum paene cum Arcadio p. 182, 16—184, 13 concinunt; quod de conjunctionibus tum sequitur fragmentum, item cum Arcadio p. 184, 15 congruit paucis adjectis, quae conspirant fere cum Herodiano ap. Joh. Alex. — Lin. 11 aeque atque ap. Arcad. *κάτα* ex Joh. Alex. 39, 35 in *κᾆτα* mutandum est; lin. 15 pro *διαβλητικός* ex Arcadio scribendum *διαζευκτικός*, verba *οἷον ἤτοι ἄξιον ἢ οὐκ ἄξιον* desunt ap. Arcad. — Ex lin. 17 *ὅμως· Ἔτι καὶ πᾶς σύνδεσμος* intelligimus apud Arcad. *καίτοι*, quod post *ὅμως* positum est, ad sequentia trahendum et in *καὶ ἔτι* mutandum esse; caeterum in nostro fragm. praeceptum ab *ἔτι καὶ πᾶς σύνδεσμος* ordiens paullo brevius conceptum est quam ap. Arcad. — Lin. 21 post *χάριν* verba: *ὃ μετῆλθεν ἀπὸ αἰτιατικῆς ἑνικῆς πτώσεως εἰς σύνδεσμον*, quae ap. Arcad. desunt, adjecta sunt. A nostro fragmento absunt haec Arcadii verba: *οἱ μονοσύλλαβοι σύνδεσμοι ἔχοντες δίφθογγον τὴν διὰ τοῦ ι ὀξύνονται, τοὶ καὶ εἴ*, et praeceptum de *ἐπεί*, quod ap. Arcadium sic monosyllabis adnectitur: *ὅθεν τὸ ἐπεί*, adjungitur plurisyllabis hunc in modum: *ὁ μέντοι ἐπεὶ ὀξύνεται, σύνθετος ὢν ἐκ τῆς ἐπὶ προθέσεος καὶ τοῦ εἰ συναπτικοῦ· καὶ ἔστι σύνδεσμος παρασυναπτικός. τούτῳ ἠκολούθησε καὶ ὁ ἐάν· ὅτι καὶ αὐτὸς σύνδεσμός ἐστιν ἀπὸ τοῦ εἰ συναπτικοῦ συνδέσμου καὶ τοῦ ἂν παραπληρωματικοῦ* (quae non verbis quidem, sed re cum Herodiano ap. Joh. Alex. 40, 17 seqq. conveniunt)· *ὁμοίως καὶ ὁ ἠέ*, pro quo ex Joh. Alex. vel *εἰ δὴ* vel *ἐπειδὴ* vel utrumque restituendum est, sic ut post sequens *καὶ* intercidisse *ἐπειδὴ* sumas: *ὁμοίως καὶ ὁ εἰ δὴ καὶ ἐπειδή· — ὁ δὲ μῶν καὶ οὖν περισπῶνται·* apud Arcadium *οὖν* tantum commemoratur, sed *μῶν* circumflexi ap. Joh. Alex. l. c. mentio fit et quum hoc loco de plurisyllabis agatur, cogitari potest scribendum esse: *ὁ δὲ μῶν ἀπὸ τοῦ μὴ καὶ οὖν* (sc. *συγκείμενον*) *περισπᾶται.* Quod tum de ἢ et ἦ conjunctionibus traditur, ad verbum cum Arcadio convenit.

Ex solo Arcadio hoc fragmentum transscriptum non esse per se patet neque tamen Johannis Alexandrini epitome fundamentum videtur fuisse, quum ea, quae cum hac congruunt re, verbis differant, non minus quam reliqua. Herodiani ipsius prosodiam catholicam, si maciem rerum et jejunitatem verborum consideres, auctorem ante oculos habuisse vix credas, sed ex Arcadio et ignota quadam compendiaria scriptione, cujus generis plures quam nunc supersunt exstitisse probabile est, novam eum epitomen consarcinasse opinor.

Haec de scriptis Pseudoherodianeis, quae in Cram. Anecd. III continentur, dicere habui. Jam vero aliquot Herodianeos locos in examen vocemus:

In Etym. Orion. 29, 22 scriptum est: *ἀελλής: παρὰ τὸ εἴλλω ἢ ἀόλλω τροπῇ τοῦ σ εἰς ο ἀολὴς ἀελλὴς εἶναι. οὐ κάτωθεν δὲ τῷ σημαινομένῳ τοῦ ἀελλής τὸ ἀολλής. καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἡ ἄθροισις καὶ ἡ συστροφή. οὕτως Ἡρωδιανός.* Larcherus locum sanare frustra nixus est judice Sturzio, qui ipse nihil remedii afferre habuit. Collato Etym. Magn. p. 116, 42 sic locus emendandus videtur: *παρὰ τὸ εἴλλω ἢ ἀέλλω ἀελλὴς καὶ τροπῇ τοῦ ε̄ εἰς ο̄ ἀολλής· οὐκ ἀπᾴδει δὲ τῷ σημαινομένῳ τοῦ ἀελλὴς τὸ ἀολλής· καὶ γὰρ* etc. De re ipsa cf. Lob. Elem. I, 35.

Etym. Orion. 57, 29 *ἐχθρὸς: παρὰ τὸ ἔχθος ἐχθηρὸς καὶ συγκοπῇ ἐχθρός ὡς κῦδος κυδρός. οἱ δὲ διὰ τοῦ κ̄ γράφοντες φασὶν εἶναι ἐκθρός* (pro *ἐχθρὸς* Larcher. posuit) *ὁ ἔξω τεθορηκώς εἴγε σύμβασις ἢ φιλία. οὕτω φησὶν Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ.* Extrema verba, quae Larcherus in *εἴγε συμβάσεως ἢ φιλίας* mutavit, Sturzius in *ἤγουν συμβάσεως ἢ φιλίας*, ita ut genitivi suspensi essent ex adverbis *ἔξω*, meo quidem judicio sana sunt et significant: si quidem *ἡ φιλία σύμβασις* est, contrarium *τὸ ἔχθος* quasi quidam *χωρισμός* est.

Idem, quod Etym. Orion. Herodiano auctore citato habet: *ἀγανός: Ἡρωδιανὸς λέγει παρὰ τὸ γαίω τὸ γαυριῶ ἀγαιός εἶναι καὶ τροπῇ τοῦ ι εἰς ϋ ἀγανός ὡς καίω καύσω πλεονάζοντος τοῦ α ἐπιτατικοῦ* — reperitur in Etym. Magn., sed tacito auctoris nomine et perverso mutatae vocalis exemplo prolato: *ὡς δίφρος δύφρος*, quod foret testimonium vocalis *υ* in *ι* versae; magis conveniret *τριφάλεια τρυφάλεια (ἡ τρεῖς φάλους ἔχουσα)* E. M. 771, 18.

In Etym. Orion. 110, 33 *ὥςπερ τὸ νῆϊς βαρυτόνως δηλοῖ τὸ ἄπειρος „νῆϊς ἀέθλων"* (Od. ϑ 179) *οὕτω καὶ νηΐς ὀξυτόνως ἐπὶ τῆς νεάνιδος* (pro *Ναΐδος* scribendum, E. M. 604, 4 habet *νύμφης*) |*τὸ* adde| *ἄπειρος γάμων. οἱ δὲ κατὰ παράλειψιν τοῦ ν φασὶν εἶναι* (scr. pro *ἦνις*) |*παρὰ* adde| *τὸ πρω-*

τότυπον (οἷον delendum) νεᾶνις· καὶ πρῶτόν ἐστι (pro ἐπὶ scripsit Larcher*) τὸ νεᾶνις· εἶτα κατὰ συναλοιφὴν νῆνις καὶ ἀποβολῇ τοῦ ν νῆϊς· οἱ δὲ παρὰ τὸ νάω τὸ ῥέω. οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν Ἐπιμερισμοῖς.

Et. Gud. 87, 52 sic emendandum arbitror: ἀσπάραγος ὁ λεγόμενος φάρυγξ. εἴρηται ἄνευ τοῦ α σφάραγος παρὰ τὸ σφαραγεῖν, ὅ ἐστι ἠχεῖν, δι' αὐτοῦ γὰρ ἡ φωνὴ φέρεται. Ἡρόδικος (cujus mentio fit in Prosod. Il. *N*, 29, pro Ἀρειδίκης scrib.) δέ φησι πλεονασμῷ τοῦ α καὶ τοῦ σ εἶναι ἀσφάραγον (pro σπάραγον) ἀντὶ τοῦ φάρυγγα. Πτολεμαῖος (pro Πολέμαχος scrib.) δὲ ὅτι οἱονεὶ (quodammodo pro ὅμως scr.) ἀσπαίρει (pro ἀπαίρει). ἄλλοι δὲ διὰ τὸ μὴ σπᾶσθαι ἀσπάραγον καὶ ἀσφάραγον. κερατώδη (pro —δης) γὰρ εἶναι. οἱ δὲ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ α (pro ρ scr.) ἀσφάραγον (pro ἀσπάραγον) τὸν φέροντα τὴν φωνήν, quibus postremis verbis repetitur primo loco proposita etymologia, οὕτως Ἡρωδιανός. In E. M. 160, 50 similia auctorum nominibus suppressis proferuntur. De re cf. Lob. Elem. I, 15.

Et. Gud. 289, 31: Κάβιροι. ὁ Ἀλεξίων διὰ τοῦ ι, ὡσαύτως ὁ Φιλόξενος. Ἡρωδιανὸς λέγει, τὴν παράδοσιν (quod quin in παραδ' contineatur, Sturzio dubium esse non debuit) δίφθογγον ἔχειν. καὶ ἴσως συνέδραμε (pro συνέδρασε scr.) τῷ (pro τὸ scr.) μάγειρος, αἴγειρος, πέπειρος, ὄνειρος.

Et. Magn. 500, 9 κεκλίαται (Il. II, 68): Ἰστέον ὅτι οἱ καθαριεύοντες παρακείμενοι τὸ α μόνον προςλαμβάνουσι κατὰ τὸ τρίτον πρόςωπον τῶν ἑνικῶν, καὶ εἰ μὲν μακρᾷ παραλήγονται, συντέλλουσι ταύτην καὶ οὕτω ποιοῦσι τὸ Ἰωνικὸν ὡς πεποίηται πεποιέαται οὕτως ἀπὸ τοῦ κλείω γίνεται κέκλειται καὶ συστολῇ τῆς ει διφθόγγου „αἴθ' ἁλὶ κεκλίαται" (Od. δ 608) „ἠέρι δ' ἔγχος ἐκέκλιτο καὶ ταχέ' ἵππω" (Il. E, 35, 6, aliter Schol. ad h. l.) ἀντὶ τοῦ ἐκεκάλυπτο περιεκέκλειστο καὶ περιέκειτο. οὐκ (pro οἶμαι scribendum esse docet E. Gud. 312, 24 s. v. κεκλιμένος, ubi οὐ γὰρ τὸ κλίνω, ἀλλὰ τὸ περικεκλιμένος, quae vocabula sic fere mutanda sunt: οὐκ ἄρα παρὰ τὸ κλίνω, ἀλλὰ τὸ κεκλιμένος ἀντὶ τοῦ περιεχόμενος) ἀπὸ τοῦ κλίνω, ἀλλὰ (pro ἄλλοι scr.) ἀπὸ τοῦ κλείω κλείσω. ὁ παρακείμενος κέκλεικα κέκλειμαι χωρὶς τοῦ σ παρ' Ἕλλησι ἐλλείψει τοῦ ε κέκλιμαι (haec eadem in E. Gud. verba modo proposita praecedunt). οὕτω καὶ τὸ „στήλῃ κεκλιμένος" (Il. *Λ* 371) ἀντὶ τοῦ ὑπὸ στήλης περιεχόμενος καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ τάφου στήλην προβεβλημένος ἀντὶ ἀσπίδος (quae posterior explicatio in Schol. ad h. l. exstat), τοιοῦτον καὶ τὸ „λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισίδι (Il. *E*. 709). Ἔλλειψις ἄρα τοῦ ε ὥςπερ καὶ ἀπὸ τοῦ κλείσω κλείς, δικλείς καὶ δικλίς [οἷον „κύσε δ' ὄντε λέχος καὶ δικλίδας ἀμφοτέρωθεν ex Cod. Paris. 2638 Et. Gud. l. c. adjicienda sunt] καὶ δικλίδες ὑψηλαί (Il. *M*. 455) ἢ ἀπὸ τοῦ δικληΐς δικλίς, δικληΐδες

*) Similiter locus Apollonii in E. M. 538, 10 mutato ἐπὶ in ἔστι et voce φησὶ transposita emendandus est. Ἀπολλώνιος δὲ γελοίως ἵστασθαί φησιν. ἔστι γὰρ τὰ ἐσκοτωμένα κόσκινα (sc. κρησέρα), οἷς ἐπικαλύπτουσι τοὺς κοφίνους pro ἵστασθαι· φησὶ γὰρ ἐπὶ etc.

διχλίδες. οὐκ ἀναγκαῖον δέ (quae adnotatio ad posteriorem explicationem pertinet). *τοῦ Ἡρωδιανοῦ*, quae subscriptio ex Et. Gud., Cod. Paris. suppleta est. Videtur hoc adnotamentum ex libro *περὶ παθῶν* desumptum esse, ubi propter ellipsin vocalis *ε* et pleonasmum literae *α* locum habuisse verisimile est cf. Epim. Cram. I, 396, 13. Caeterum hoc fragmentum luculenter ostendit, grammaticorum sententias interdum sive ab epitomatoribus sive a librariis in contrarium detortas esse.

